15

(29)-8

iaceat · quantum pascat aut feneret · si alieno immi
net · si non adquisita · sed adquirenda computat · Quis
sit divitiarum modus queris · Primum habere quod
necesse · Proximum quod sat est

3 Epistulas ad me perferendas tradidisti ut scribis ami ep. 3
co tuo · Deinde admones me ne omnia cum eo ad te per
tinentia communicem · quia non soleas ne ipse quidem
id facere · Ita eadem epistula illum et dixisti amicum
et negasti · Itaque si proprie illo verbo quasi publi
co usus es et sic illum amicum vocasti quomodo omnes can
didatos bonos viros dicimus · quomodo obvios si nomen
non succurrit dominos salutamus hac abierit
Sed si aliquem amicum existimas cui non tantundem
credis · quantum tibi · vehementer erras · et non sa
tis nosti vim vere amicitie · Tu vero omnia cum amico
delibera · sed de ipso prius · Post amicitiam credendum
est · ante amicitiam iu